

DE HALOSANTHO

ut nitri partes duæ, & saponis vna tempe-
rentur cum prima gutta saponarij: vnde fa-
cti trochisci exponuntur Soli.] pilorū præ-
fertim, vt halosanthi vim propiùs &
efficaciùs repræsentaret: vel si maiori
vi opus fuerit, oleo etiam ex ea crema
ta uti. Sylvaticus Pandectarum au-
thor de halosantho (in A. litera, sine
aspiratione) verba hæc tanquam Pli-
nij recitat: Halosanthos est quoddã
pinguamen, quod aquis stantibus su-
pernatat, porrò extra [alias, prout stant
alia: legerim ego, præsertim Nili,] colore
croceo. Optimum est quod in Nilo
flumine colligitur, hoc enim & colo-
ratissimum est, & cum aliqua pingue
dine aquosum, & penè putridum [pu-
tidum fortè.] Potest igitur acriter & vi-
scidè calefacere, [aliàs, acriter & incide-
re & calefacere] & quasi sal aliena con-
sumere. Verùm hæc non esse genuina
Plinij constat: leguntur autem eadem
inter Spuria Galeni libro de simplici-
bus medicamentis ad Paternianū in-
scri-